

The Electronic Manipulus florum
www.manipulusflorum.com

Mirabile siue miraculum t
cum fonte primo

Miramur eciam
quare cocodrillus manducans inferiorem
molam non mouet, et quomodo
salamandra illesa in igne permanet. Quis
dedit hericio spinas et docuit eum
ut se pomis turbine discussis inuoluat
quibus onustus incedens stridet quasi
plaustrum, et formica yemis
superuenture prescia granis horrea sua
replet, aranea quoque de uisceribus suis
laqueos nectit ut predam capiat?
Isti sunt testes sapiencie Dei.

Ibidem (Hugo de operibus trium dierum).

Quare cocodilus manducans inferiorem
molam non movet? et quomodo
salamandra in igne illaesa permanet? quis
dedit ericio spinas, et docuit eum,
ut se pomis turbine discussis involvat,
quibus onustus incedens stridet quasi
plaustrum? et formicam quae hiemis
superventurae praescia granis horrea sua
replet? araneam quae de visceribus suis
laqueos nectit unde praedam capiat?
isti sunt testes sapientiae Dei.

Hugo de sancto Victore, *Eruditionis
didascalicae libri septem*, 7, 11 (PL 176,
col.820B).